usque ad Indi et Aceſinis confluentem, ubi urbs conditur, conſtituitur Philippus c. 15, 1-5. Ad Sogdos deinde claſſe pervenitur, ubi iterum urbs condita; Satrapae Indiae ab Aceſinis oſtio usque ad mare fiunt Oxyartes et Python 15, 7-9. Deinde in poteſtatem redigitur Muſicani, Oxycani et Sambi regio c. 15, 10-17, 8. Cum parte exercitus per mediterranea remittitur Craterus c. 17, 6. Pervenitur ad Pattala, quae occupantur, c. 17, 4-18, 4. Navigatio Alexandri per brachium dextrum Indi in mare c. 18, 5-19, 11. per brachium ſiniſtrum c. 20. Sequitur iter terreſtre Alexandri ab Indo retrorſus in Perſidem. Principium navigationis in Indo fixit Vincent in XXIII^{mo} Oct. 327. ante Chr. pag. 34.

XX. Νεάρχῳ δὲ λέλεκται 1
ὑπὲρ τούτων ὅδε ὁ λόγος· πόθον μὲν εἶναι Ἀλεξάνδρῳ ἐκπεριπλῶσαι τὴν θάλασσαν τὴν ἀπὸ Ἰνδῶν ἔςτε ἐπὶ τὴν Περσικήν· ὀκνέειν δὲ αὐτὸν τοῦ 2
τε πλόου τὸ μῆκος, καὶ μή τινι ἄρα χώρῃ ἐρήμῳ ἐγκύρσαντες, ἢ ὅρμῳ ἀπόρῳ, ἢ οὐ ξυμμέτρως ἐχούσῃ τῶν ὡραίων, οὕτω δὴ διαφθαρῇ αὐτῷ ὁ ςόλος· καὶ οὐ φαύλη κηλὶς αὕτη τοῖς ἔργοισιν αὐτοῦ τοῖς μεγάλοισιν ἐπιγενομένη, τὴν πᾶσαν εὐτυχίην αὐτῷ ἀφανίςοι· ἀλλὰ ἐκνικῆσαι γὰρ αὐτῷ τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ καινόν τι αἰεὶ καὶ ἄτοπον ἐργάζεσθαι. Ἀπόρως 3
δὲ ἔχειν, ὅντινα οὐκ ἀδύνα-

XX. Nearchus de hac re ita ſcribit: Alexandri deſiderium fuiſſe mare, quod ab Indis in Perſiam usque patet, enavigare: Caeterum illum navigationis longinquitate deterritum fuiſſe, ſimulque veritum, ne in aliquam deſertam regionem aut portus difficiles frugibusque carentes delatam claſſem amitteret, ingensque haec macula rebus praeclare abs ſe geſtis offuſa omnem felicitatis gloriam obliteraret: viciſſe tamen inuſitatae alicujus ac magnae rei gerendae cupiditatem. Dubitaſſe autem quem perficiendis cogitationibus ſuis parem de-